



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Codex traditionvm Corbeiensivm**

**Falcke, Johann Friedrich**

**Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752**

§. 143. De manso traditio in villa Fohanreder in pago Marstem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36114**

Ab anno  
826 usque  
853 im-  
perante  
Hudo-  
nuico et

## §. 143.

Tradidit *folclog* (Z) mansum dominicatum cum omnibus ad eum per-  
tinentibus in pago *marstem* (a) in villa nuncupante *fobanreder* testes albert  
radmer adaluwart albmer et alii sex.

## §. 144.

Tradidit eegio quidquid habuit in *cogharden* (b) testes marchodo co-  
mef eisulf adalold aldmer byda et alii V.

## §. 145.

Tradidit ade quidquid habuit in *bochem* (c) testes reinheri thiadheri  
gherheri.

## §. 146.

Tradidit *alfric* in *odburgun* (d) mansum unum cum familia eundem  
mansum excolente testes hunuuard ricbert emmino.

## §. 147.

De Folc-  
loga.

(Z) *Folclog* sine vlo dubio abbatis nostri Warini fratria erat. Infra enim §. 231.  
cius vir appellatur *Beuo*, qui citra controversiam est saepe nominatus *Beuo* co-  
mes, pater *Beonis*, atque avus *Bouonir*, abbatis Corbeiensis, gubernantis abba-  
tiam nostram tempore Ottonis caesaris, vti infra videbimus. Hanc autem *Fol-  
clog* ex stirpe Widekindi Magni, cuius probabiliter neptis fuit, oriundam fuisse,  
ex illis, qua hoc loco donat, colligere licet bonis, in pago *Merstem* sitis. In  
eodem pago, et in eadem villa nepos eius ex fratre, *Wibertus*, (§. 337.) mona-  
sterio nostro quadam donauit. In eodem pago eius pronepotes atque  
abnepotes predia sua habuere, immo malla seu iudicia sue exercuerunt, vti iam  
supra §. 104. not (u) demonstrauimus. Vnde probabilissimum est, hanc *Folclog*  
ad stemma Widekindeum spectasse. Et quis credere potest, *Beonem* comitem,  
ducis Eeberti *filium*, aliam feminam, quam ex stirpe quadam illustri oriundam,  
in matrimonium duxisse? Talis sine dubio vlo stirps *Widekindi M.* fuit.

De pago  
*Marstem*.

(a) Pagus *Marstem* ex mente *Casp. Abellii* in *Antiquit. Saxon.* p. 318. a fluvio Inner-  
fe nomen accepit, atque in episcopatu Hildensi inueniendus est. Sed, falli  
Abelium, eruditus iam pridem agnouere. Illustris *Gruberus* P. I. der Zeit und  
Gesch. Beschr. der Stadt Göttingen pag. 25. hunc pagum in praefecturis Calenberg  
et Blumenau fixit; D. Grupenius autem in praefecturis Calenberg et Coldingen  
in Principatu Hannoverano, in *Discept. Forens.* p. 544, collocavit. Adprobant  
id ipsum villæ, quæ huic pago in documentis literariis tribuuntur. Ha vero sunt  
1) *Lindart*, Linderte: 2) *Lembere*, Limmer ante portas urbis Hanouerae: 3)  
*Patibus* et *Pattenbusen*, oppidum Pattensen: 4) *Runebergen*, Ronnenberg vno  
millari ab urbe Hanouera distans: 5) *Trathe*, villa desolata in praefectura Col-  
dingen prope Coldingam, quam cum Ill. Grupenio distinguendam esse censent  
a villa *Drothe* in pago *Astfalo* in praefectura Tammonis: 6) *Haringebusen*, Her-  
renhausen: 7) *Bauenfside*, fortassis Bavenstedt in praefectura Steuerwald in ep-  
iscopatu Hildensi: 8) *Walesrode*: 9) *Euerdissen*: 10) *Nitelrede*: 11)  
*Kobbinghusen*: 12) *Herdere*: 13) *Liuktungun*: 14) *Munusto* seu Mandel-  
lo: 15) *Fobanreder*, aliisque, de quibus infra pluribus:

(b) *Cogbarden* erat in pago *Wikanaelde*, hodie dicitur *Kater* in praefectura Grene  
prope vicum Delliflen ad filiam Hils. Patroni parochia fuit Generosissimi  
Krammii, in Sampleben predium equestre habentes.

De villa  
*Bochem*.

(c) *Bochem* villa erat sita in pago *Nithega* seu *Nitherfi*, nunc *Buken* in episcopatu  
Paderbornensi, haud procul a Driborg et Swaney.

De villa  
*Odbur-  
gun*.

(d) Supra (§. 142.) *Alfricus* quedam tradiderat in villa *Falhasus* in pago *Nithega*.  
Iam quedam addit ex eodem pago in villa *Odburgun*, quæ villa *Otbergen* est in  
diocesi Corbeiensi, vno millari a nostra Corbeia distans occidentem versus. Nec  
multo longius abest a villa desolata *Falhasus*. Quomodo vero bona hæc in  
mansu domini, e stirpe Widekinde orti, peruererint, diximus ad §. 142. paullo  
ante.